T. 3. Vt ſignificaret ſe eſſe eum, qui pios carne & ſanguine ſuo alat ad vitam æternam, quod viciſſim:
- *Explicatur, &c.* Mencel.
- *Applicatur, ita vt ex hac communione poſſimus eſſe certi, de immortalitate & reſurrectione corporum noſtrorum. Hinc veteres appellarunt hoc Sacramentum viaticum, &c.* Id.

V. 3. Quæ vtilitas vel vſus cognitionis huius doctrinæ de Autore, nimirum 4:
- *1. Vt in maiori pretio & honore habeamus hoc Sacramentum.* Spang conc. 2. Menc.
- *2. Vt non dubitemus de eo, quod nobis in hoc Sacramento promittitur. Chriſtus enim verax & omnipotens eſt, &c.*
- *3. Vt metuamus quicquam in hoc Sacramento mutare, quod ſanè a* Papiſtis *non conſideratur, &c.* Id.
- *4. Vt maiori cum reuerentia & deuotione hoc Sacramentum ſumamus, &c.* Id.

W:
- *2. De tempore inſtitutionis, quæ facta eſt ea nocte, qua traditus eſt Chriſtus. Hinc vſus 2:*
  - *1. Quod Chriſti bonitas & miſericordia erga nos, ſit ſumma & incomprehenſibilis, ſiquidem noſtri, etiam in agone mortis, non fuit immemor, ſed ſalutarem curam habuit, &c.* Menc.
  - *2. Quod deceat nos viciſſim eſſe gratos erga Chriſtum, verbis & factis, præſertim vt peccata contra conſcientiam vitemus, &c.* Idem.
- *3. De fine huius Sacramenti, qui indicatur:*
  - *Falſò ex opinione illorum, qui volunt, &c.*
    - *1. Palleare nequitiam ſuam. Eo enim fine multi ſe conferunt ad ſacram Synaxin, tantum pro forma & ſub prætextu &c.* Celich. Roth.
    - *2. Stabilire contractum & fœdera, de quo antea memorabile exemplum legitur in doctrina de Sacramentis in genere, &c.* Roth.
  - *Verè, qui eſt adnunciare mortem Chriſti. Hic tenenda tria:*
    - *1. Explicatio verborum, &c.* Brent. Spang.
    - *2. Grauiſſimus error Papiſtarum, qui ex hac Cœna faciunt priuatam ſacrificuli actionem, idq; peregrino idiomate. Hoc verò non annunciare opera vel meritum Chriſti, ſed potius obſcurare, &c.* Ib.
    - *3. Quoties ſit Sacramentum in hunc finem ſumendum, videl. non ſemel per totam vitam, vt Baptiſmus, ſed ſæpè, &c.* Menc.
- *4. Vide liter. X.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id37034300X/170
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG